

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 32

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 58.

58.

Cod. XXXII.

Cod. XXXII.

Chartae. Fol. eolum. Dupl.

1.  
2. 8.

C. Ptolemaei  
Centiloquium  
cum Coment.  
Haly, Zael et  
Mesahala.

Sæc. XV. Scriptus, folia habens 76, quorum cuncta, excepto primo, litera carent initiali. Opus, quod hic continetur, obscure indicatur sequentibus in calce libri verbis: "Explicit Centiloquium ptholomei cum Comentario Haly et Capitulum de investigatione gradus ascendentis natiuitatis cum aphorismis / aphorismis / Zael et Mesahala in iudiciis astro. rum cum questionibus. It. domorum ipsius haly Abenragel amen". Hoc igitur Mse. complectitur Aphorismos Haly, Zael et Mesahalae in librum quadripartitum, seu quatuor libros de Apotelesmatibus et iudiciis astrorum. Item: in librum Harpon graec dictum s. quod vocabulum fructum librorum suorum de notat: / Centum aphorismis astrologiis illustratum. Ambo ista opera passim Ptolemaeus Claudio ascribuntur, et ab eo ad Syrum amicum suum transmissa dicuntur. Sed ut Heilbronner Histor. Mathej. univ. p. 349. tit. CC. Scribit: "Techeles annotavit, quod nonnulli Ptolemaeos falso tribuant Quadripartita Constructionis libro IV. seu de Astrologia iudiciaria". Dem pag. versa sub tit. dd. de altero Subjungit libro: "Et de hoc non multa addamus, nisi quod nonnulli hunc librum Hermeti ascribant." Quo etiam opinio fuisse vide. tur Hieron. Cardani ad lib. III. Ptolemaei de Astro. rum iudiciis testu III. pag 437. edit Lugdun. 1558. s. edit vero ani 1663. p. 243. col. 2. / Sic enim scribit: "Secunda Concordia est a luna; et est Hermetis, ut etiam recitat Haly hic in Comento". Ex quo patet,

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 32

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 59.

Cod. XXXII.

59.

quod etiam iudicio Haly Centilogium sit Hermetis, et non Ptolemai; At postmodum illud exponendo mutaverit sententiam. Quamvis autem Cardanus T. 3. opp. suorum Centilogii auctorem Hermetem esse afferat, Ptolemaeus tamen attribuit quatuor illos libros, qui de astrorum iudiciis inscribuntur. In primo Ptolemaeus ponit generalia praecpta Astrologiae, et tanquam principia vendicat; agit etiam de viribus planetarum, eosque dividit in diurnos et nocturnos, differit de aspectibus, de sole, de anni temporibus, de signis masculinis et femininis, de imperantibus et obedientibus, de domibus, et de cuiusque planeta dignitate, ac eorum finibus. In secundo singulas gentes sub suis signis constituit, et de temporum eventibus loquitur. In tertio tractat de scientia gradus ascendenti, de parentibus, de nativitate geminorum, de spatio vite et de qualitate animi hominis nati. In quarto demum libro sermoinatur de prosperitate, conjugibus, filiis, peregrinationibus et stellarum fixarum significationibus. Priores duos Ptolemai libros e graeco in latinum transulit idioma Joachimus Camerarius, posteriore vero duos vertit Georg. Trapezuntius, sed accuratius Af. Delius Erasmus Oporald. Schrecklenfusius. Fabr. Bibl. Graec. T. 4. c. 14. p. 418. Eiusdem Ptolemai dicitur etiam esse opus quod sub titulo: Tractatus librorum suorum, notum est, Freytag in apparatus. Litt. T. 3. p. 727. et quod ibi citat librorum censores. Et iste libellus eorundem librarium testimonio centum dicta comprehendit ad profatum Syrum, quorum conversio in latinum Pontano foriano tribuitur in Lexico Joeheri T. 3. p. 1689. et in Index Munk. eorumque in Index. Bibl. in Turinensi, T. 3. p. 137. Praedictorum igitur Librorum auctor plurimorum consensu est Ptolemaeus Claudius, natione Aegyptius, patria pelusius, qui sicut Magirus in comment. et annotat. Geograph. Ptolem. p. 6. recte offerratur quoque Alexandrinus vocabatur, non quod urbs Pelusium parum distet ab Alexandria, ut quidam scribit sicut nempe Cardanus in Proaemio ad 4. Litt. Ptolemai; Siquidem ibi miliaribus abest, sed potius quia in urbe alexandria longo tempore habitavit, scilicet 40 annos, ut Heilbronner l. cit. p. 549. opinatur, atque in ea suas observationes fecit, sub Marc. Aurel. Anton. Imp. Rom. sed longe diversas a systemate Copernicano. Hic, ait de Ptolemaeo Boissardus Jacobus sicut in Sarnasso cum imaginibus Musarum sicut primus omnium apud graecos observationem accuratius diligentiusque explicavit instrumenta, quae ab Hipparcho inventa erant, demonstravit clarius. Princeps itaque Doctrinae Mathematicae jure suis habitus

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 32

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 60.

60.

Cocl. XXXII.

in Astrologia enim scientia nulli secundus erat. Is mo-  
numentalis ingenii et doctrinae reliquias, pene divinus mortuus  
[año Chr. 147. juxta Joëcher.] etiamnum inter mortales vivit,  
aeterna gloria laude videtur perpetuus. Qui plura de Pole-  
mos isto nosse cupit, hunc remitto ad censuram Pope Delouat  
de celeb. Auth.

Italy abu Hasen, vel Albohazen, arabo sci. III. A filio  
Zagelis [Abenragel.] celebrem se fecit sua Astrologia  
judiciaria, quam Anl. Stupa in latinum vertit sermonem.  
Zael, aut Zabel, etiam Arabs, praecipue innotuit operibus  
suis de temporum significationibus in judiciis, et de cele-  
stionibus.

Messalah, vel Messalah [Stephanus] Anglicanus  
Mathematicus, et Astrologus incerti aevi, scripsit  
de Compositione Astrolabii; flores judiciorum ex  
stellis; de revolutione aeternum mundi, et de ratio-  
ne circuli, atque stellarum.

In Kepleri Epistolis nullius offendi CXCI<sup>dam</sup>, qua a  
pag. 314. usque 322. Ptolemaei doctrina de directio-  
nibus, et ratio constitutionis domorum celestium  
aliter, ac a Cardano, explicatur. Hoc satis fere  
nostris P. Anselm. Wilgril.

De his omnibus etiam agit Heilbronner in Hist.  
Mathes.

Val  
mi  
for  
que  
um.  
Nor  
Epi  
ri

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 32

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1730](https://manuscripta.at/?ID=1730)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)